Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dispvtatio Philologico-Medica Inavgvralis, De Cvra Infantvm Recens Natorvm Penes Ebraeos Olim Vsitata : Occasione Dicti Ezechielis C. XVI. 4

Bvetzovii: [Verlag nicht ermittelbar], 1766

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Q. D. B. V.

DISPVTATIO PHILOLOGICO-MEDICA
INAVGVRALIS,
DE

CVRA INFANTVM RECENS NATORVM PENES EBRAEOS OLIM VSITATA

OCCASIONE DICTI EZECHIELIS C. XVI. 4.

QVAM
IN ACADEMIA FRIDERICIANA
BVETZOVIENSI,
EX DECRETO GRATIOSAE FACVLTATIS
MEDICAE,
PRAESIDE

DN. GEORG. CHRISTOPH. DETHARDINGIO,

FAC. MED. DECAN. ET SEN. VT ET SEREN.
DVC. MEGAP. CONSIL. AVL.

PRO DOCTORIS GRADV RITE OBTINENDO,
DIE IANVAR. A. MDCCLXVI.
H. L. Q. C.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT,
AVCTOR

MARCVS MOSES,

POSONIENSIS.

BVETZOVII, 1766.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0001
DFG

PROOEMIVM.

A prima pueritia litterarum amore captus, postquam ad artem medendi animum adpuleram, in id semper enitendum putaui, vt quae ad haec studia, curarum dulcia leuamina facere videbantur, pro virili conquirere atque excolere studerem. Quem in finem scripturam sacram, viuae salutis et omnium scientiarum fontem, auide perlustrare, et quae in illa ad historiam morborum pertinentia deprehenduntur, diligenter excutere, atque conferre solitus sum cum iis, quae vel in scriptis priscorum Ebraeorum, Arabum, Graecorum, Latinorumque, vel in recentiorum medicorum libris consignata leguntur.

Inueni autem multa in antiquis illis, hebraeae praesertim gentis monumentis, quae vel per transennam, vel plane nondum pertractata sunt, quorum cognitionem non modo iucundam atque vtilem, sed etiam homini, ad altiora tendenti, necessariam existimaui.

Huc inprimis spectat consuetudo veterum hebraeorum, recens natorum curam gerendi, quae a nemine, quantum ego quidem scio, curate explicata, debiteque illustrata est. Non inutile itaque neque a scopo alienum erit, quum mihi more majorum, pro Gradu Doctorali rite obtinendo, Specimen inaugurale sit edendum, si in recensitam hanc consuetudinem data opera, et pro virili inquirerem, et omnia, quae huc facere videbuntur, e philologia sacra et medicina studiose conquisiverim. Ante vero, quam ad Thematis, quod enucleandum mihi sumsi, tractationem ipsam me accingam, fontem ebraeum, et derivatos inde riuulos detegendos necesse judicaui, ita, vt praemissa singularum, quibus authenticus textus instructus est, vocum explicatione, modum infantibus post natiuitatem subueniendo penes Ebraeos olim vsitatum indigitem.

FAXIT DEVS FELICITER!

SE-

SECTIO I. PHILOLOGICA.

§. I.

De more' ebraeorum, recens natorum curam gerendi, quum dissertationem conscribere cogitarem, dictum EZECHIELIS Cap' XVI. 4. eo lubentius inuestigare constitui, quod vnicum ex omni antiquitate est, et classicum omnino dici meretur, in quo hujus consuetudinis haud obscura et ambigua suppeditatur narratio. Verba oraculi istius in fontibus et praecipuis translationibus ita fluunt:

Textus Biblicus.

ומולדתיך ביום הולדת אותך לא כרת שרך ובטים
לא רחצת למשעי והמלח לא המלחת וחתול לא
חתלת

Targum.

דלא איתפסק שוריך ובמיך לא אשתטיף לאחנקיך
ובמלח לא אתמלחת ובאיסורין לא אתאסרי.

LXX. Interpretes.

Και ἡ γεννετις σου, ἐν ἡ ἡμερα ετεχ^θης, και οὐκ ἐδησαν τους μας ους σου, ὁ ὀμφαλος σου οὐ περιετμηθη, και ἐν ὑδατι οὐκ ἐλουθης οὐδε ἁλιττης και ἐν σπαργανους οὐκ ἐσπαργανιοδης.

h. e. Et hic est ortus tuus. Eo die quo nata es non ligauerunt mamillas tuas nec est praecisus vmbilicus tuus, et in aqua non es lota ad salutem, neque sale salita es, et fasciis non es inuoluta.

Vulgata.

Et quando nata es in die ortus tui, non praecisus est vmbilicus tuus, et in aqua non lota es, ad salutem; nec sale salita nec involuta pannis.

Translat. Iudaica R. *Iekutiel* BLITZ.

אונד דיין גבארט, א דען טאג אליש רוצ גבארין
ווארשט, דאז דיין נאבל ווער ניט אב גשניטן, אונד רוצ
ווארשטניט מיט וואשר אב גוועשן, אום צו זויברן, אונד
רוצ ווארשט אויך ניט זאלץ גואלצן, נאך אין ווינדלן
גוויקלט ווארדן.

Translatio Iud. R. *Ioseph* ALEXANDRI.

אונך דייני גיוויינרן אן דען טאג דאש זוצ דיך האט
גיוואונן, דא איז דיין נאבל ניט אבגשניטן ווארדן, אונד
רוצ בישט ניט מיט וואשיר גיוועשין, דאש רוצ ווערשט
גלאט

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0006
DFG

גלאט גיוואורן אונר דוא בישט ניט מיט זאלץ גיזאלצן וואורן, אונר דואבישט אין קייני ווינדלן גוויקלט וואורן

Sebaſt. SCHMIDII Verſio latina.

Quod enim generationes tuas attinet in die, quo nata es, non abſciſſus fuit vmbilicus tuus, et aquis non lota es, ad adſpectum meum; et ſaliendo non ſalita es, et obuoluendo non obuoluta es faſciis.

Leonis IEHVDAE Biblior. Verſ. latin. Tiguri 1544.

Et quod ad natiuitatem tuam (attinet), in die, qua tu nata es, non eſt praeciſus vmbilicus tuus, neque aquis lota es ad leniendum, neque faſcia inuoluta.

LVTHERI Verſio.

Deine Geburt iſt alſo geweſt: dein Nabel, da du geboren wurdeſt, iſt nicht verſchnitten; ſo hat man dich mit Waſſer auch nicht gebadet, daß du ſauber würdeſt, noch mit Salz gerieben, noch in Windeln gewickelt.

PISCATORIS Translatio.

Denn deine Geburt iſt alſo gethan geweſen, am Tage, da du geboren wurdeſt, iſt dein Nabel nicht abgeſchnitten worden, ſo biſt du auch mit Waſſer nicht gebadet worden, daß du holdſelig anzuſchauen wäreſt; du biſt auch mit Salz nicht gerieben worden, noch in Windeln gewickelt.

Catholica Verſio.

Und da du von Mutter-Leib kommen biſt, am Tage deiner Geburt, iſt dir dein Nabel nicht abgeſchnitten,

du biſt auch mit Waſſer zum Heil nicht gewaſchen, noch mit Salz gerieben, noch in Windeln gewickelt.

Translatio Danica.

Og med din Fødsel gik det saa til: din Navle blev ikke afskaaren, paa den Dag du blev født, og du blev ikke badet i Vand, at blieve anseet: og du blev ikke vel gnedet med Salt, og ey svøbt i Svøb.

Verſio Hollandia.

Ende aengaende uwe Geboorten ten Dage, als gy gebooren waert, en wiert uwe Navel niet afgeſneden, ende gy en waert niet met Water gewaſchen, doe ick aenſchaude; gy en waert ock geenſins met ſout gewreven, nochte in Windelen gewonden.

Verſio Anglica.

And as for thy Nativity in the day, thou waſt born thy navel was not cut neither waſt thou waſhet in Water to ſupple thee: thou waſt not ſalted at all, nor ſwadlet at all.

§. 2.

Vt vero, quae verborum Ezechielis ſecundum Philologiae ſobriae regulas ſententia ſit, ſequentia eſſe praelibanda exiſtimo. Prior vox potiſſimum enodanda erit שָׁרֵךְ. Significat autem vox iſta שׁר ſeu שרר proprie nervum vmbilicalem, quoniam, eo mediante, infans, velvt neruo, ſeu catenula quadam ad placentam vteri firmatur et adſtringitur. Radix ejus apud Syros obtinet et *firmandi* ſignificationem habet.

SCHO-

SCHOLION.

LXX. transtulerunt οὐκ ἔδησας τους μασουςτου, i. e. non ligasti mammas tuas, ita vt pro שָׁרֶיךָ legerint שָׁרֶךָ, mammas tuas; sed facile errorem ipsorum, et ἀβλεψίαν attentus deprehendet Lector, quum considerauerit, res arte aut natura geminas apud hebraeos duali numero venire solere, eamque ob causam, inter ר et ר Iod dualis numeri nota, requiri debere, שָׁרֶיךָ; quod tamen in codicibus nostris deest. Porro, quod ad sententiam harum vocum attinet, plane est incongrua. Quid enim quaeso significare debet: non ligasti mammas tuas? Profecto Infantum mammae adeo paruae sunt, vt omnem propemodum ligaturam respuant. De vmbilico, qui centrum corporis humani Talmudicis dicitur, vide TANCH. fol. 34. col. 2. *Wagenf. Sota* p. 904.

§. 3.

Altera vox audit לְמַשָּׁעַי quam LXX. in translatione sua plane omiserunt, quamque HIERONYMVS: in *salutem*, quasi a Radice ישע saluus fuit, et Rabbi *Dauid* KIMCHI ad molliendam et laeuigandam cutem tuam a Rad. Chaldaica: שעע leuigare, sed minus recte, linguaeque genio conformiter, vertunt. Descendit enim a Rad. שעה respexit, vnde vox aucta ab initio per מ מַשְׁעֵה *denotat* adspectum cum adquiescentia, einen lieblichen Anblick.

SCHOLION I.

Vox ista non descendere potest a Rad. יָשַׁע vt HIERONYMVS vult, occurrit enim Radix ista in conjugatione Hiphilica apud scriptores biblicos, vbi secundum linguae analogiam Iod in Vau mutatur הוֹשִׁיעַ atque sic dici debebat מוֹשָׁע Rad. ישע Insuper

ſuper in Kal denotat apud Arabes: in loco amplo aliquem collocare, quod hic non quadrat.

SCHOLION II.

Neque KIMCHII deriuatio a Radice שטע, ſi ſub examen vocetur, valere poteſt. Tum enim eſſet nomen vtrinque auctum, et requireretur in prima Radicali Dageſch forte, ad indicandam abjectam litteram radicalem verbi geminantis ע. Praeterea ſenſu omni hic caret: *ad laeuigationem meam.* Neque enim veritati conſentaneum eſt, cutem poſt abſciſſionem vmbilici molliri et laeuigari, vt in medicorum ſcholis diſcimus et experientia quotidiana docet.

§. 4.

Accedimus nunc ad voces הַמֶּלַח הַמַּלָּחָה quae, quoniam a Rad. מלח ſecuit, ſaliuit, (ſal enim quaſi linguam et alias res ſecat) deſcendunt, vt ſatis notae nulla vberiori indigent explicatione. Denotant emin: Saliendo ſalita es. De more illo infantes ſale conſpergendi, in ſequentibus vberior erit diſſerendi occaſio. Progredior itaque ſine multis verborum ambagibus ad verba הָחְתֵּל חִתָּלְתְּ. Vox חתול denotat: faſciis inuoluere, vnde חִתּוּל Ezech. XXX. 21. faſcia dicitur, et ſenſus eſt: faſciis obuoluta fuiſti.

SCHOLION.

Eſt quidem in toto commate allegoria, qua DEVS innuere vult, contemtum ſummum populi Iſraëlitici, quod ante DEI auxilium, nemo curam ejus geſſerit, nemo quum naſceretur, h. e. in primis incunabulis eſſet, quaſi obſtetricis aut matris officia ipſi praeſtiterit. Rabbi *Dauid* KIMCHI illa ad externas Iſraëlitarum adflictiones adplicat; alii contemtum ſummum Iſraëlitarum in ſua in Aegypto ſeruitute hic intelligi non incongrue

con

coniiciunt ; alii ſpiritualem originalis peccati reſpiciunt immunditiem. Quae omnia primis, vt aiunt, digitis attigiſſe ſufficiat, dummodo proprie, et ad ſenſum litteralem, morem infantibus obſtetricandi hic optime delineatum deprehendo, de myſtico ſenſu parum ſolicitus. Venerab. quidem *Frieder. Eberh.* BOYSEN in der critiſchen Erläuterung des Grundtextes des Propheten Ezechiels, ad hunc locum, a communi interpretum ſententia recedit, ex arabica lingua aliam Verbi מלח ſignificationem adducens. En verba ipſius: die alten und neuen Dolmetſcher geben dieſen Ausſpruch, nec ſale ſalita es. Aber wie paßt das zum vorhergehenden? Und wer wird ein neu gebohrnes Kind mit Salz beſtreuen? Im Arabiſchen heiſt מלח ſchön, vortreflich ſeyn. Dieſe Bedeutung empfielet ſich, und hängt mit dem vorhergehenden genau zuſammen. Quam male autem Vir venerab. rationes ſuas has ſubduxerit, Arabesque ſine vlla neceſſitate conſuluerit, facile detegi poteſt.

Nam *primo* parallelismum biblicum deſerit, et vocabuli מֶלַח ſignificatum vſitatum cum alio, inuſitato apud Scriptores biblicos, e peregrina dialecto deſumpto, commutare ſtudet, quod critico textus indagatori ſobrio, niſi naſum cereum Scripturae Sacrae adaptare velit, minime licitum eſt.

Secundo. Si ſententia ejus ſtare deberet, locutiones iſtae, aqua non lota es ad munditiem (ſic chaldaeus למשעי interpretatur, cui laudatus BOYSEN calculum adiicit) et pulchra reddita es, eſſent tautologiae, mundities enim inuoluit pulchritudinem.

Tertio. Mos veterum, ſitemque hodiernorum nonnullorum Arabum, infantes ſale conſpergendi, de quo in ſubſequentibus plura diſſerendi erit occaſio, ſatis refutat eius interrogationem: Wer wird ein neugebohrnes Kind mit Salz beſtreuen? Vid. TROILO in ſeiner Beſchreibung des Morgenlandes cap. 7.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0011
DFG

SECTIO II. MEDICA.

§. 1.

Praemiſſis ſic monitis philologicis, ordo jubet, vt, quae modum veterum Hebraeorum infantes recens natos tractandi reſpiciunt, ordine, et quidem potiſſimum ex monumentis eorumdem exponam. Quod vmbilici, et ejus debitae reſectionis omnium primo fuerit habita ratio, vel me tacente, facile intelligi poterit; licet ſtructurae ejus, et officii, quod infanti in vtero materno praeſtitit, ex imperfecta cognitione anatomica ſatis ignari exſtiterint. Allegaſſe ſufficiat Medicum Iudaeum non infimi ſubſellii, ZACVTVM *Luſitanum*, qui in *Hiſtor. Med. Princip. L. VI. Sect. IV. p. m. 945. Edit. Lugd.* ita de vmbilico loquitur:

„Vmbilicus in medio corporis ſitus eſt, quia, dum „in vtero matris latemus, per eumdem nutrimur, et „per eumdem excrementa reddimus. Nihil autem eſt „vmbilicus, niſi receptaculum quatuor vaſorum et vni„us venae, quae dicitur vmbilicalis, quae ab vtero or„tum ſumens, per vmbilicum ſurſum, partem quan„dam jecoris diuiſam ingreditur, terminaturque in ve„nam portae, et duae arteriae vmbilicales vna utrin„que a ramo iliaco ortae, et per chorion variis ſurculis „diuaricatae, quae tandem cum vterinis arteriis coëunt. „Vena attrahit, quod dulciſſimum eſt, ex venis vteri. „Arteriae maternum ſpiritum attrahunt, et arterioſum „ſanguinem, atque horum vaſorum ope nutritur, viuit, „tranſpirat foetus etc.“

§. 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0012
DFG

§. 2.

Amputationem ipsam quod concernit, *Noueloth* HACHOCHMA Cap. 3. vmbilicum quatuor a ventre digitis scalpro acuto resecandum docuit, omnem aliam praecisuram, mediantibus harundinibus, vel vitro, vt ne quid atteratur, reprobans. Deinde jussit, contentum in ipso sanguinem limosum esse exprimendum, spongia abstergendum, lana carpta partem tali ratione separatam obturandam, et cum filo aut gossypio tenuiter retorto ligandam, citra dolorem, ne prae laxitate resoluta ligatura intereat infans. Quum vero deciderit vmbilicus, post quartum circiter diem, cochleae testam vstam tritam loco, cui insedit, inspergere, et deinde deligare abdomen voluit, juncto consilio, vt totum corpus vino, in quo rubentes rosae prius per noctem maceratae abluatur. Quod intellexerit EZECH. per verbum רחץ lauare, febrem nempe diariam ex prohibito balneo in cutis densitate concitari, quia necessarium judicauit, vt libera sint cutis spiracula, per quorum patentes meatus, fuligines adustae interius congestae debeant expurgari, quas natura, excoquente calore, ad cutem continuo transmittat, balneum siquidem humectare, fuligines expurgare, aperire meatus, ventilare viscera, corpus prae febrili calore siccum madefacere, et alias secum afferre vtilitates.

§. 3.

Data hac occasione, licebit methodum infantibus subueniendi, plane singularem, ab ISAACO ISRAELITA, *in Operibus suis medicis practicis L. I, Cap. XXI.*

 tradi-

traditam ipsissimis verbis adducere, quae ex arabica lingua in latinam versa *) ita se habent:

„Infantes de vulua exeuntes, quam primum vm„bilicus ab Ano morsus est, et Sanguinem limosum „ore extraxit, in rosis cum sale tritis inuoluantur, de„inde os, palatum, gingiuae cum digito de melle in„uncto fricentur, aures eorum inungantur, et duobus „diebus junctis, cum Zaccara et sisamel pistato nutrian„tur. Omni die balneantur: omnes eorum articuli „cum puluere mirti inuoluantur. Saepe ex oleo rosa„rum vel mirti vngantur: omnia eorum membra fri„centur: masculi plus quam foeminae fricentur, quia „masculi duriora membra habere debent, propter exer„citium et labores: et somnus in obscuro loco prouo„cetur: lucidus enim locus dispergit. Oculi lauentur „aqua cum jure oliuae, et succo granatorum acetoso„rum. Os vlceratum de litar. cerussa, oleo rosarum et „cera sufficienter vngatur: aut de sumac, coriandro, cro„co et cera: aut cum cortice libani et galla cum melle „mixtum et temperatum. Custodienda est nutrix a ma„la diaeta, nutritur de carne, portulaca, lactuca cum ace„to. Si autem vlcerationes albae fuerint, vngantur „cum corticibus gallae, rosarum, oleo rosarum. Si „sunt

*) Quod Medicis Iudaeis sit adnumerandus, ex KESTNERI Medicinischen Gelehrten Lexico p. 434. videre est, appellatur filius IOHANNITII, seculo nono aerae Christianae natus. Versio vero scriptorum ejus ex arabica lingua in latinam, secundum *Linden. renov.* p. 714. Lugdun. 1515. latinis itidem literis impressam esse vix dubito. Libellum tamen hujus Auctoris a me citatum, vel potius fragmentum ejus, casu obtentum, typis hebraicis, raro exemplo, excusum esse deprehendi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0014
DFG

„ſunt nigrae, ſunt mortiferae, ſed tamen ſunt curandae,
„cum ſucco ſolatri, coriandri, cum oleo roſ. violar. et
„cetera. Vomitum vero ſi habuerint pueri, proſunt de-
„coctiones menthae, calaminti, corticum fiſtici. Cata-
„plasmetur Stomachus de gall. ſandalis, ligno aloes, aca-
„tia. et aqua roſarum, ſi vomitus ſit phlegmaticus, cc.
„Calmentum, crocum ariſtolochiam longam cum ſucco
„menthae bibant. Prohibenda eſt nutrix a groſſis cibis,
„ſi vigilias patiuntur, accipiat nutrix de ſemine papaue-
„ris, lactuca, pane aſſo nutriantur et Zuccara. Si tuſſi-
„ant, accipiant Electuarium ex dragagun. amido et
„Zuccara. Aliud quodſi adhuc tuſſiant, vngatur caput
„cum melle. Si fuerint pavidi, muſica in conclaui eo-
„rum exerceatur. Infantes non multum lactant, nutrix
„cuſtodienda eſt a melancholicis cibis. Quodſi lac groſ-
„ſum habuerit, ſubtiliari debet cum apio, oximelle, ma-
„ratro et ſimilibus. Tumores vmbilici curentur inun-
„ctionibus litar. ceruſae, coriand. Humidas aures cu-
„ramus cum alumine cocto cum vino temperato, et
„linum eis infuſum auribus immittatur. Gingiuarum
„tumor et pruritus ſic curandus eſt: faciendae ſunt in-
„unctiones cum adipe gallinae, butiro, cerebello leporis.
„Vnguendae ſunt maxillae, et collum cum oleo violar.
„calid. vt leui negotio dentes producant. Si habeant fe-
„brem, nutriatur nutrix cum refrigeratiuis, Infantibus
„vero ſpodium, ſemen porri, et ſuccus mali granati de-
„tur. Si habeant ſolutionem ventris, cataplasmetur de
„ſandal. roſ. galla, acatia, cum ſucco menthae tempera-
„tis, demus nutrici res ſtipticas. Si autem puſtulas ha-
„beant poſt circumciſſionem, lauentur in aqua, vbi co-
„cta ſint mentha, roſae, et vnguantur cum litar. ceruſa,
„aceto.

§. 4.

§. 4.

Sed est, vt ad palmarium momentum, curam infantum recens natorum, penes Ebraeos olim familiarem, adsperſionem nempe ſalis concernens me adcingam. Non morabor inpraeſentiarum diſquiſitione: an talis adſperſio ſpeciem cultus religioſi prae ſe ferat: quod aliquo modo probabile videri poſſet, quando Deus Levit. II. 13. expreſſis verbis praecepit:

וכל קרבן מנחתך במלח תמלח ולא תשביח מלח
ברית אלהיך מעל מנחתך על כל קרבנך תקריב
מלח׃

h. e. „omnem autem oblationem muneris tui ſalito, „neque ceſſare facito ſalem foederis Dei tui, deſuper „munere tuo cum omni oblatione tua offerres ſal.“ Legimus item apud MASSECHET SCHABBAS Cap. VI. miſchna:

יוצאת אשה בשבת בגרגיר מלח

i. e. egreditur Mulier cum grano ſalis in ore ſuo in Sabbatho.

§. 5.

Intra cancellos medicos ſubſiſtens, primo monendum eſſe duco, non tantum penes Ebraeos, verum et penes graecos olim Medicos adſperſionem, vel vſum ſalis poſt natiuitatem infantis fuiſſe vſualem. GALENVS v. g. Lib. I. *de Sanitate tuenda*, Cap. VII. moderato ſale per ſe tenuiſſimo, corpus infantis recens nati, prius, quam faſciis deligetur, conſpergendum monet, quo cutis ejus denſior ſolidiorque iis, quae intus ſunt, partibus reddatur, et infans aëris viciſſitudinibus ſemper obnoxius

xius, praeparato, tali ratione, tegmine ejus naturali, indolentiae aliquali, et tolerantiae magis aptus exiſtat. Sicubi cutis infantis temperata, tenerior, et magis humida exſtiterit, puluerem foliorum *myrti*, tanquam adſtringens, et magis exſiccans addendum jubet. Pariter a *Lambert.* BOSIO in *Antiquit. graecis* p. 230, et *Chriſt.* BRÜNNINGIO in *Antiquit. graecis* p. 8. et ſq. abluitionem infantum in lucem editorum aqua ſalita, vel vino, quod Spartanis in more poſitum fuit, apud veteres graecos *fuiſſe familiarem, relatum legimus.*

§. 6.

Non vna, procul dubio, fuit ratio, cur Veteres ſalis vſum externum mox a partu infantis introduxerint. Cutim namque horundem poſt excluſionem ex vtero variis conſpurcatam eſſe deprehendimus inquinamentis, quae tam ex poris ejus ſucceſſiue transſudant, quam ab *humoribus foetum in* vtero ambientibus *deponuntur*, et viſcoſitate et tenacitate ſaepe adeo adglutinantur, vt balneis ex aqua ſimplici paratis abſtergi non adeo facile poſſint, ſed ſiccata poſtmodum cute, diu nonnunquam adhaereant, et nonnullis in locis, incongruo vocabulo *Heyden-Dreck* nominantur. Quando ex phyſicis notum, Salem poſſidere virtutem incidentem, attenuantem, et reſoluentem, facile eſt intellectu, adhibitione ejus externa, ſiue ſicca, ſiue humida glutinoſam hanc ſpurcitiem optime abſtergi, eoque ipſo tranſpirationem et ſudorem promoueri poſſe.

§. 7.

Probabile porro eſt, Sal in peripheria cutis liquefactum, per vaſa ejus reſorbentia tranſeundo, viſceribus in-

 ternis

ternis ſtimulum ſe fortius paulo mouendi imprimere, et in ſpecie canalem inteſtinalem irritare poſſe, vt motu periſtaltico adaucto meconium promptius expellat, quod diuturniori mora vaſias procrearet moleſtias; prout obſeruamus, a purgantibus cuti admotis, v. g. ab vnguento populeonis cum confectione Hamech, vel vnguento de Arthanita remixto, et plantis pedum illinito, in infantibus aluum obſtipatam commode reſerari poſſe. Pariter a veritate non prorſus alienum videtur, veſicam vrinariam ſtimulo hoc ad reddendum lotium actuari.

§. 8.

Neſcio, an ad excitandam infantis modo nati ſenſationem, adſperſio ſalis fuerit olim vſurpata. Haud adeo rara ſunt exempla infantum, qui poſt excluſionem ex vtero materno, nullum edunt ploratum, et omni membrorum motu deſtituuntur, quibus obſtetrices variis encheireſibus, et adminiculis externis ſenſum et motum conciliare ſtudent. His ſubſidiis adnumeranda eſt adſperſio ſalis, et cutis cum eodem frictio, praeſertim in plantis pedum, tenera ſiquidem ejus indoles, et exinde deriuanda ſenſibilitas a pungentibus ſalis moleculis a madente adhuc cutis ſuperficie ſolutis facile irritatur, vt natura exinde excitata ad reaſſumendas actiones naturales ſe iterum adcingat.

§. 9.

Quantumuis haec recenſita, ſalis infantibus modo in lucem editis ſubminiſtrandi conſuetudo penes Ebraeos olim, item et Graecos inualuerit, nihilo tamen ſecius paſſim deprehenduntur Medici, qui vſum ejus plane rejecerunt.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0018
DFG

cerunt. Ex Arabibus allegaſſe ſufficiat AVERRHOEM, qui Lib. VI. C. VI. hanc ſalis adſperſionem admodum reprehendit, quandoquidem *ejus acrimoniam noſtra aetas non fert, deinde per cutem raram vitioſi ſucci tranſpirant, qui, ſi et ſalis adſtrictione cohibeantur, periculum imminet.* Inter recentiores eminet *Frid.* HOFFMANNVS, qui in Diſſert. *de cura partus modo enixi et lactentis, §. 4. p. 9.* GALENI conſilium, vt ſale corpora recenter natorum adſpergantur, *tanquam ſumme noxium, hinc nemini conſulendum*, autumat. Nec negaverim, promiſcuam hanc ſingulis tenellis adhibendam ſalis adſperſionem, ſontica eisdem mala, conuulſiones, quinimo et mortem poſt ſe trahere poſſe, vt nec abluitio eorumdem cum aqua ſalita, quam nonnulli tanquam magis mitem in vſum trahere conſueuerunt, ſub his circumſtantiis ſit commendanda. Sicubi etenim infans in vtero materno, ex dyſcraſia ſanguinis materni exanthemata in cute obtinuerit, ab acrimonia ſalis haec admodum irritarentur, quod itidem metuendum, quando ab acri humorum chorii et amnii indole, integumenta foetus rubore eminenti conſpicua deprehenduntur.

§. 10.

Expoſitis ſic cauſis probabilibus, cur veteres Ebraei ſal tenellis infantibus ſtatim a natiuitate adhibuerint, quaeſtionem adhuc ſubjungendam cenſeo, an recenſita methodo inſultus varioloſi ita auerruncari poſſint, vt per totum poſtmodum vitae decurſum ſileant. Peregrinationes, olim ad vltimos Hungariae terminos a me ſuſceptae, anſem quaeſtioni huic ſubminiſtrant. Obſeruaui namqne, nondum exoleuiſſe vbique penes Iudaeos

 ſingu-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0019
DFG

ſingulos talem ſalis vſum, ſed imperio Turcico ſubjectos, poſt deligationem et abſciſſionem funiculi vmbilicalis, vel ſal cuti adſpergere, vel aqua tepida ſale imbuta corpuſculum infantis madefacere, et demum elapſo circiter ſemihorae ſpatio, remoto inuolucro, aqua pura totum corpus abluere. Sciſcitanti mihi, quae ſit ratio hujus ſalſurae, reſponſio data, vt eo ipſo infantes poſtmodum a variolis immunes reddantur, nec itidem audiui, quempiam hos Iudaeos inter, variolis fuiſſe tentatum. Penes Iudaeos e contra in ditione Chriſtiana viuentes, vtpote qui in ceremonialibus a prioribus differunt, talem ſalis adminiſtrationem haud inueni, ſed et inſimul detexi, hos a variolis epidemice graſſantibus non exſtitiſſe immunes.

§. II.

Hanc obſeruationem vlteriori inquiſitione, et perueſtigatione dignam eſſe cenſeo, omni ſiquidem probabilitate eamdem carere non arbitrauerim. Imprimis hypotheſis Cel. *Ioh. Gothofr. de* HAHN exinde robur obtinere poſſet, quippe qui in Tractat. de *Variolarum ratione*. Vratisl. a. 1751. edit. *Variolas* deſcribit, eſſe *ſtatam euolutionum corporis humani ſpeciem, qua complures vaſorum ſanguiferorum extremitates, hactenus ſub epidermide deliteſcentes, juſta incrementa capiunt, diuaricatis apicibus ſummitates ſuas multiplicantes. Quae ipſae numeroſiores factae, exitum per cuticulam moliuntur, hac propediem ablata, omnem cutis ambitum, nouo tum ſpiraculorum, tum ſquamularum apparatu exornaturae.* Si quando etenim ſubtiliores ſalis ſoluti particulae, ſpiracula epidermidis tranſeundo, extremitates

tes vaſorum ſanguiferorum cutis ſubjacentis tenerrimas tangunt, compagem earumdem ita alterare, vel deſtruere facile variolas, vt poſtmodum euolutioni et diuaricationi plane ineptae reddantur, prouti obſeruamus, gemmas arborum aliquali ratione laeſas, nunquam in folia vel flores ſe expandere poſſe. Sicubi fomes vel fermentum varioloſum in ſubſtantia cutis alia ratione haereat, (diu namque iſtiusmodi materiam deleteriam in cute quiete deliteſcere poſſe, alia exempla inter, virus canis rabidi morſu communicatum comprobat, quod interdum per plures annos abdite latere poteſt, donec a cauſa quadam procatarctica excitetur) parili ratione a ſalſis particulis alterari, vel corrigi, et, vt ita dicam, in herba ſuffocari poſſet, qua miasma morborum malignorum, priusquam in ſanguinem intrauerit, acidis deſtruitur.

§. 12.

Si adhuc conjecturis locus concedendus, haec infantum ſalſura cauſa forte exſtitit, cur penes Ebraeos variolae non fuerint familiares, et Graeci Medici haec exanthemata ignorauerint, donec ab Arabibus Medicis neglecta, vel rejecta potius haec prophylaxis, teſte ſupra citato AVERRHOE morbum hunc introduxerit: In ſacro namque Codice nulla ejus fit mentio, et Medici graeci, quos inter HIPPOCRATEM, ARETAEVM, GALENVM allegaſſe ſufficiat, in deſcribendis ſingularum ipſis notarum aegritudinum momentis accuratiſſimi pictores, ſane hiſtoriam variolarum enodatam non praetermiſiſſent, ſi eas obſeruandi ipſis contigiſſet occaſio. Haud me fugit, modo laudatum HAHNIVM, in Tra-

 ctat,

ſtatu: de *variolarum antiquitatibus nunc primum ex graecis erutis.* Brigae ann. 1733. edit. operoſum ſatis fuiſſe, in probando, veteres, imprimis graecos variolas paſſim in monumentis ſuis adumbraſſe, quam ſententiam tamen, non omnibus numeris abſolutam eſſe, eminenti eruditione, humanitati junctа docuit Celeb. WERLHOFIVS in *Diſquiſit. Medic. et Philologicis, de Variolis et Authracibus.*

§. 13.

Abſit, vt haec prolata de variolarum per ſalſuram infantum recens natorum prophylaxi, vltra ſpeciem alicujus probabilitatis extendenda velim; praeferenda tamen eadem eſſe cenſeo opinioni nonnullorum Medicorum, nuperrime, in relationibus politicis publicis recoctae, expreſſione nempe ſanguinis ex funiculo vmbilicali ante abſciſſionem ejus, variolarum futurum prouentum certiſſime praecaueri poſſe. Sed haec pro inſtituti mei, et anguſti temporis modulo ſufficiant, ulterius examen Viris eruditis, qui mentis ſuae acie, longaque experientia, et obſeruatione materiam hanc inquirere valent, lubens relinquo.

TANTVM.

DOCTIS-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0022
DFG

DOCTISSIMO
HVIVS DISSERTATIONIS AVCTORI,
DN. DOCTORANDO MARDOCHAEO,
R. MOSIS LEBHVBH,
ARCHISYNAGOGI QVONDAM POSONIENSIS
FILIO,
S. P. D.
OLAVS GERARDVS TYCHSEN,
LL. OO. P. P. O.


וועף אלי אחר מן השרפים וכידו רצפה רצופה
פרופה מגילה עפה יפה יפה וארץ רעשה אף שמים ויכונו
אמות הסיפים מקול הקורא בהרי פנו דרך הרימו מכשול
ישרו מסלה ויגלה דרך הסולם, לעלות הראקטר חמרומם
והמפורסמכי כולם ידעו אותו מקטנם ועד גדולם הה האלוף
החכם הכולל רופא מומחה לרבים והמנתח המובהק עד
פה נ' כבוד שמו כמהורר מרדכי בכמהורר משה לבוב זצל
יאיר כאור בהיר אשר פה אזר זה שני שנים כגבר חלציו
לקנות חכמה ודעת וללקט בשבלים אחר הקוצרים הה בעלי
אסופות ושבת תחכמונים ואנשי מופת אשר חונים בישיבת
המהוללה ביטצוויא במדינת מעקלנבורג ואני הייתי מביר
הרב המחבר, וארא כי טוב פותר, רק משיב כהלכות
למשח

למשה מסיני ושאול כענין, ברוב בניז ורוב מנין, אסף
בחפניו רוח חכמה ובינה תעלומות, עלה שמים וירד עמקי
תהומות, מרגניתא שפירא דלית בה טימא, זיו קלסתר פניו
מכהה גלגל חמה, היה פה בעץ שתול על פלגי מים,
אשר פריו יתן בעתו דברים יקרים, והנה טעמתי בקנה
המטה מיערת הדבש ניפת צופים, על ארני פז מתוקים,
יקרים מפנינים, אשר בדעת מדבר, שבחו מי יספר? עמו
פלפלתי פלפלה חריפתא, דברים הראוין לאמרו במתיבתא,
קרי ותני ואין קצה לחריפתו, פלפולו עוקר וטוחנן להוציא
בזה רזה בין את לאומתו, כל המכבדו במנה יפה אפים,
יהא מבורך מן אלקי השמים, ואכין תפילתי לפני הדאקטר
הכוחבר ויכוח הלז נרי, יהי כזית כבודו, יגן ה בעדו,
וכסא כבוד ינחילהו, ואני אגיל ואשמח בישועתו, ובמזל
רפואתו, וכשמחת חתן על כלה, תגיל עם בת גילך, ויהיו
שניכם כאברהם ושרה, על כן לכה דודי לקראת כלה,

נאם הצעיר טיכסין דאקטר ופראפעסור הפילוסופיא
אחד מהמפלפלים עם דאקטר הנל היום יום
ד' וי"א שבט לסדר ולפרט ותחת כנפיו תחסה,



VIRO

VIRO
PRAECELLENTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO DOCTORANDO
S. P. D.
C. H. KIESEWETTER, OPPONENS
PHIL. ET MED. CVLTOR.

Quo rarior ſolidioris eruditionis cognitio in natione quadam, eo magis eſt laudanda in iis paucis, qui ex ea impetu quodam ad ſtudia feruntur. Quia in gente TVA eruditorum numerum exiguum eſſe conſtat, eo maiore laude TVVM exemplum mihi dignum eſſe videtur. TVAE ſingularis enim doctrinae multa iam exhibuiſti ſpecimina. Ad vtilitatem TVAM cum ſcientia medica interpretationem ſacrarum litterarum coniungis, vt fere par ſis in vtriusque ſcientiae facultate. Ingenii TVI ad optima [ſtudia] apprime adcommodati luculentiſſima indicia oſtendiſti, in primis in commentatione quadam de morbis ſenectutis, in qua locum intellectu difficillimum ex Eccleſiaſte C. XII. 7. tam dilucide expoſuiſti, et argumentis tam firmis interpretationem TVAM, corroboraſti, vt Lector quisque ſtatim de ſenſu verborum a TE recluſo conuincatur.

TVAM vberrimam linguarum ſanctarum notitiam adhibes ad oracula ſacra explicanda quo ſtudio nihil laudabilius, nihil praeſtantius in rebus humanis reperitur. Conamina TVA eo magis laudant ſcientiarum periti, quo felicius ſenſum more orientalium gentium, tot imaginibus et figurarum concinnitatibus inuolutum atque inueſtitum ex dicto allato eruiſti. Quoniam hic locus varias ſenectutis infirmitates depingit, ad quas cognoſcendas cognitio ſtructurae corporis humani multum confert, ſimul declaraſti, quantos in hac etiam

iam ſcientia tum iam feciſti progreſſus. Quamquam hoc vnicum ſcriptum iam cuiuis argumenta de TVA praeclara eruditione et inſignibus animi dotibus ſuppeditet, tamen plura adhuc publica exſtant veſtigia. Diſputatione enim anno ſuperiori ſub praeſidio Praecell. nec non Doctiſſ. Dn. Profeſſoris TYCHSEN a TE cum adplauſu defenſa oſtendiſti, TE etiam cognitione antiquitatum iudaicarum, et verſionum oraculorum ſacrorum in tot exteras linguas, et vt verbo complectar, plaeclare ſcientiae criticae eſſe inſtructum. Praeter hanc ſcientiam in primis medicinam amplexus, ad quam per aliquot annos ſumma diligentia animum adpuliſti. Noſtra academia ad hunc ſcopum optime TIBI adcommodata eſſe videbatur. Quod mihi gratum fuiſſe omnino fateor, quia inde occaſionem nactus ſum TECUM conuerſandi, et vinculis amicitiae arctiſſimis coniungi. Summa attentione doctores TVOS ſemper audiiſti, qui non poſſunt non TVAM ſingularem laudibus efferre induſtriam.

Ad hanc in amplificanda cognitione adſiduitatem accedit ſtudium virtutis, quod ſemper ſectatus es. Animus TVVS ſemper a deprauatis moribus abhorruit et id quod rectum honeſtum et cum virtute eſt conjunctum, ſemper elegiſti. Virtutem TVAM quisque etiam expertus eſt atque perſpexit. Hodie denique laborum TVORVM percipis fructus. Diſputatione TVA inaugurali in qua ſolide elaboranda omnes neruos induſtriae expromſiſti, et ſimul declaraſti TE ſcripta tam veterum quam recentiorum medicorum cum vſu iudicii peruoluiſſe, viam TIBI paras ad ſummos capeſſendos in medicina honores. Argumenta TIBI in contrarium adducta eo facilius refutare poteris, quia veritates TVAE diſſertationis diſtincte et penitius intelligis. Nunc omnem curam ſollicitudinemque in illud impendes, vt commodis aliorum ſeruire poſſis, qui morbis periculoſis ſunt correpti. Media ad ſanitatem recuperandam idonea proponere poteris. Gratulor TIBI ex animo de coronide TIBI hodie imponenda, gratulor TVAE familiae, gratulor TIBI de TVIS futuris meritis. Haec ad nominis mei memoriam TIBI commendandam ſcribo. Deus TIBI quaeuis beneficiorum et proſperitatum genera largiatur. Vale, mihique faue.

CARO-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0026
DFG

CAROLVS LEOPOLDVS
CARPOVIVS,
PHILOSOPH. CVLTOR,

DN. MARCO MOSI,

POSONIENSIS RABBINI FILIO,
DIGNITATEM DOCTORALEM
GRATVLATVR,
ILLIQVE SALVTEM PLVRIMAM
DICIT.

BÜTZOVII, D. 22. JAN. 1766.

איה כבודו בגדולים אשר שהתורני מחורר מרדכי
רופא גדול ליהודים היתה אורה זו תורה
ראתייחב לי׳ תרוזי מתנתי׳ חכמתא ועותרא והמפרסם
אין צריך ראי׳ שנודע שמו בכל ערי הגליל׳ ומשפיע
טוב כשמש הנראה בעליל ובחכמתא אתגלין לי׳
מלתא דטמירא המופלג ומופלא בתורה והוא היה
חביב אצל אדוני אבי זכר צדיק לברכה כבן הגולה
לו ומשתשע עמו יום ולילה מפני גדול רוב חכמתו׳
ואנחנו כאחים שלמים חיינו ונחיה בעזרת האל
ומים רבים לא יוכלו לכבות את אהבה׳ והנה
היום שקווינו וזיכיני לראות אותך בלבוש מלכות
ועטרת הרופא על ראשך ומראך כמארה כהן הגדול
אשרי עין ראתה כל אלה ואנכי עושה תפילות
לאת שרי למען יאריך ימיך ה׳ ישלח עזרך מקודש להצ
ליחרבכל מקום אשר ידרך כף רגליך כה ועשה
לך אלהים וכה יוסף אמן׳
כה דברי הצעיר אחר מהפילפולים קארפאף היום יום
ד׳ יא׳ שבט לפרט יקר וגדולה למרדכי

EPISTOLA
QVA
DOMINO MARCO MOSI
GRADVM DOCTORALEM
GRATVLATVR
JEHVDA LEVI
PARNAS JVDAEORVM IN STRELITZ.

שעו נא גבורים: לחכמת אמרים: מלכים ושרים:
הדרה אחוה רפואת נפשות: עושה חדשות:
חמורות וקשות: לבאר תאוה הדרי את הדיבור:
נצורואת החיבור: לאמרו אף בציבור: והיא לא תעוה
הריהיא תמימה: כבודה פנימה: היש בה פגימה:
נגירים תצוה: אשר איזן וחיקר ותיקן: מ֯ר ינקא מלא
חכמות עתיקן ד֯כ֯י מכוון רבונו כוותיקן: והיתה נפשו
כגן רוה: ה֯ה החכם המושלם, מי ישקני מימיו, ר֯אש
ד֯בריו אמת, דעת חכמה ובינה, וכ֯בור השם, עמו
י֯אית לי תושבחין ידו בכל המופלא והמופלג התורני
הרבני המסובל בכמה מיני חכמה בנן של קדושים
הרופא חכים יתקרי, שמו כבוד גיסי מוהרר מרדכי בן
הגאון כמוהר משה לבוב נרו, מ֯קק פרעשבורג.

דברי

דברי כפור החכם האירו לנגד עיני וראיתי כי כולם
נכבדים ומתוקים לחיך אמרותיו צרופים והאיר עיני
מחכים למלח לידע ולהתבונן דברי נביאים ולכוון דעת
ראשונים והרבה להשכיל ולהטיב מלח ה יוסף לו
דעת בלי מכאובות שכרו יהא רב עד כי היי פעלו
רב ודבריו היו לי למשיבת נפש עד כי ראיתי עמך
בישראל ועל כי ה שלח ידו אל אצילי בני ישראל
להאיר עיני חכמים ושמח הקורא ויגיל המבין תעלומת
מגלת חכמת מסורת יבורך כפי כל חוזת אשר
מחזת יחזת ה ירום קרנו וינשא מזלו להרבות
עשות ספרים אין קץ יצו ה אתו את הברכה ויהי
בכל דרכיו משכיל ות עמו וצריכן לנטילת ידים
באחרונה משום מלח סדומית לכן ירי באחרונה
לנטילת רשות לצאת בשים שלום לו ולדורו והאל
משמי מרומו: יצוד עליו שלומו: כחול ירבה ימיו:
יפק את כל זממיו: ויצליח בכל מקום אשר יפנה
עת יקרא לת הוא יענה: כה דברי אחובו
המצפה לשמוע ממנו דברים נעימים כהנה וכהנה
זעירא דמן חבריא המקושר להיות גיסו

הקטון יחזקאל ליב הלוי משטרעלין החותם היום
יום ד יא שבט תקכו לפק׳

Monſieur.

Permettez, que je vous retienne un moment a l'entree dans le temple de l'honneur ou vous allez recevoir, l'ordre de l'art ſalutaire, le pris des vos etudes, on rendra a vôtre eſprit ce qui lui eſt dû, permettez moi de rendre le mème a vôtre coeur, car le coeur ne vocut-il pas l'eſprit?

Tandit que j'eu le bonneur de vivre avec vous, j'eu tant de preuves eclatantes de vôtre amitie, tant d'occaſions d'admirer les ſentiments nobles dont vôtre coeur

eſt

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0030
DFG

eſt partie, que je ſerois trop inſenſible ſi je laiſſes e-chapper l'occaſion qui ſe preſenté aujour d' hui de vous en temoignes publiquement et ma reconnoiſſance et mon eſtime, c' eſt dans ces ſentiments d'amitie, que vous m'avez inſpiré. Monſieur, que je voux felicite ſur l'honneur dont vous ſerez aujourd'hui orné. Que les ſuites les plus heurens es accompagnent cette dignité, que vous meritéz ſi bien. Soyez l'appui des languiſſants, l'ange tutelaire des malades, et redoublez votre vie dans la leurs. Soyez heureux, Monſieur! c'eſt un des plus ardent ſouhait de celui, qui ſupplie de lui. Conſerver l'honneur de vôtre amitie, et qui ſera toute ſa vie.

Bützow,
le 22. de Janvier,
1766.

Votre tres humble et tres obeïſſans ſerviteur,
Meier,
Etudiant en Medicine de Suerin.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0031
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0032
DFG

VIRO
PRAECELLENTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO DOCTORANDO
S. P. D.
C. H. KIESEWETTER, OPPONENS
PHIL. ET MED. CVLTOR.

Quo rarior solidioris eruditionis cognitio in natione quadam, eo magis est laudanda in iis paucis, qui ex ea impetu quodam ad studia feruntur. Quia in gente TVA eruditorum numerum exiguum esse constat, eo maiore laude TVVM exemplum mihi dignum esse videtur. TVAE singularis enim doctrinae multa iam exhibuisti specimina. Ad vtilitatem TVAM cum scientia medica interpretationem sacrarum litterarum coniungis, vt fere par sis in vtriusque scientiae facultate. Ingenii TVI ad optima studia apprime adcommodati luculentissima indicia ostendisti, in primis in commentatione quadam de morbis senectutis, in qua locum intellectu difficillimum ex Ecclesiaste C. XII. 7. tam dilucide exposuisti, et argumentis tam firmis interpretationem TVAM corroborasti, vt Lector quisque statim de sensu verborum a TE recluso conuincatur.

TVAM vberrimam linguarum sanctarum notitiam adhibes ad oracula sacra explicanda quo studio nihil laudabilius, nihil praestantius in rebus humanis reperitur. Conamina TVA eo magis laudant scientiarum periti, quo felicius sensum more orientalium gentium, tot imaginibus et figurarum concinnitatibus inuolutum atque inuestitum ex dicto allato eruisti. Quoniam hic locus varias senectutis infirmitates depingit, ad quas cognoscendas cognitio structurae corporis humani multum confert, simul declarasti, quantos in hac et-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0033
DFG

iam ſcientia tum iam feciſti progreſſus. Quamquam hoc vnicum ſcriptum iam cuiuis argumenta de TVA praeclara eruditione et inſignibus animi dotibus ſuppeditet, tamen plura adhuc publica exſtant veſtigia. Diſputatione enim anno ſuperiori ſub praeſidio Praecell. nec non Doctiſſ. Dn. Profeſſoris TYCHSEN A TE cum adplauſu defenſa oſtendiſti, TE etiam cognitione antiquitatum iudaicarum, et verſionum oraculorum ſacrorum in tot exteras linguas, et vt verbo complectar, plaeclare ſcientiae criticae eſſe inſtructum. Praeter hanc ſcientiam in primis medicinam amplexus, ad quam per aliquot annos ſumma diligentia animum adpuliſti. Noſtra academia ad hunc ſcopum optime TIBI adcommodata eſſe videbatur. Quod mihi gratum fuiſſe omnino fateor, quia inde occaſionem nactus ſum TECUM conuerſandi, et vinculis amicitiae arctiſſimis coniungi. Summa attentione doctores TVOS ſemper audiiſti, qui non poſſunt non TVAM ſingularem laudibus efferre induſtriam.

Ad hanc in amplificanda cognitione adſiduitatem accedit ſtudium virtutis, quod ſemper ſectatus es. Animus TVVS ſemper a deprauatis moribus abhorruit et id quod rectum honeſtum et cum virtute eſt conjunctum, ſemper elegiſti. Virtutem TVAM quisque etiam expertus eſt atque perſpexit. Hodie denique laborum TVORVM percipis fructus. Diſputatione TVA inaugurali in qua ſolide elaboranda omnes neruos induſtriae expromſiſti, et ſimul declaraſti TE ſcripta tam veterum quam recentiorum medicorum cum vſu iudicii peruoluiſſe, viam TIBI paras ad ſummos capeſſendos in medicina honores. Argumenta TIBI in contrarium adducta eo facilius refutare poteris, quia veritates TVAE diſſertationis diſtincte et penitius intelligis. Nunc omnem curam ſollicitudinemque in illud impendes, vt commodis aliorum ſeruire poſſis, qui morbis periculoſis ſunt correpti. Media ad ſanitatem recuperandam idonea proponere poteris. Gratulor TIBI ex animo de coronide TIBI hodie imponenda, gratulor TVAE familiae, gratulor TIBI de TVIS futuris meritis. Haec ad nominis mei memoriam TIBI commendandam ſcribo. Deus TIBI quaeuis beneficiorum et proſperitatum genera largiatur. Vale, mihique faue.

CARO-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0034
DFG

CAROLVS LEOPOLDVS
CARPOVIVS,
PHILOSOPH. CVLTOR,

DN. MARCO MOSI,

POSONIENSIS RABBINI FILIO,
DIGNITATEM DOCTORALEM
GRATVLATVR,
ILLIQVE SALVTEM PLVRIMAM
DICIT.

BÜTZOVII, D. 22. JAN. 1766.

איה כבודו בגדולים אשר שהתורני מהורר מרדכי
רופא גדול ליהודים היתה אורה זו תורה
דאתייהב לי׳ תרתי מתנתי׳ חכמתא ועותרא והמפרסם
אין צריך ראי׳ שנודע שמו בכל ערי הגליל׳ ומשפיע
טוב כשמש הנראה בעליל ובחכמתא אתגלון לי
מלתא דטמירא המופלג ומופלא בתורה והוא היה
חביב אצל אדוני אבי זכר צדיק לברכה כבן הגולד
לו ומשתשע עמו יום ולילה מפני גדול רוב חכמתו׳
ואנחנו כאחים שלמים חיינו ונחיה בעזרת האל
ומים רבים לא יוכלו לכבות את אהבה׳ והנה
היום שקוויני וזיכיני לראות אותך בלבוש מלכות
ועטרת הרופא על ראשך ומראך כמארה כהן הגדול
אשרי עין ראתה כל אלה ואנכי עושה תפילות
לאת שדי למען יאריך ימיך ה׳ ישלח עזרך מקודש להצ
ליחך בכל מקום אשר ידרך כף רגליך כה יעשה
לך אלהים וכה יוסף אמן׳
כה דברי הצעיר אחד מהפילפולים קארפאף היום יום
ד׳ יא׳ שבט לפרט יקר וגדולה למרדבי׳

EPISTOLA
QVA
DOMINO MARCO MOSI
GRADVM DOCTORALEM
GRATVLATVR
JEHVDA LEVI
PARNAS JVDAEORVM IN STRELITZ.

שעו נא גבורים : לחכמת אמרים : מלכים ושרים :
הורת אחות רפואת נפשות : עושת חדשות :
חמורות זקשות : לבאר תאוה הדרי את הויבור :
נצרואת החיבור : לאמרו אף בציבור : והיא לא תעוה
הריהיא תמימה : ככודה פנימה : היש בה פגימה :
נגירים תצוה : אשר איזן וחיקר ותיקן : סר ינקא מלא
חכמות עתיקן דכי מכון רבונו כוותיקן : והיתה נפשו
כגן רוה : הה החכם המושלם , מי ישקני מימיו , ראש
דבריו אמת , דעת חכמה ובינה , וכבור השם , עמו
יאות לי תושבחין ידו בכל המופלא והמופלג החורני
הרבני המסובל בכמה מיני חכמה בנן של קדושים
הרופא חכים יתקרי , שמו כבוד גיסי מוהרר מרדכי בן
הגאון כמוהר משה לבוב נרו , מקק פרעשבורג

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0036
DFG

דברי כבוד החכם האירו לנגד עיני וראיתי כי כולם
נכבדים ומתוקים לחיך אמלותיו צרופים והאיר עיני
מחכים למלח לידע ולהתבונן דברי נביאים ולכוון דעת
ראשונים והרבה להשכיל ולהטיב מלח ה יוסף לו
דעת בלי מכאובות שכרו יהא רב עד כי הי פעלו
רב ודבריו היו לי למשיבת נפש על כי ראיתי עמל
בישראל ועל כי ה שלח ידו אל אצילי בני ישראל
להאיר עיני חכמים ישמות הקורא ויגיל המבין תעלומת
מגלה חכמות מסותרות יבורך בפי כל חוזה אשר
מחזת יחזה ה ירום קרנו וינשא מזלו להרכות
עשות ספרים אין קץ יצו ה אתו את הברכה ויהי
בכל דרכיו משכיל ו ה עמו וצריכן לנטילת ידים
באחרונה משום מלח סדומית לכן ירי באחרונה
לנטילת רשות לצאת בשים שלום לו ולדורו והאל
משמי מרומו: ויצוה עליו שלומו: כחול ירבה ימיו:
יפק את כל זממיו: יצליח בכל מקום אשר יפנה
עת יקרא לה הוא יענה: כה דברי אהובו
המצפה לשמוע ממנו דברים נעימים כחנה וכהנה
זעירא דמן חבריא המקוטר להיות גיסני

הקטון יחודא ליב הלוי משטרעליץ החותם היום
ים ד ויא שבט תקכו לפק׳

Monsieur.

Permettez, que je vous retienne un moment a l'entree dans le temple de l'honneur ou vous allez recevoir, l'ordre de l'art ſalutaire, le pris des vos etudes, on rendra a vôtre eſprit ce qui lui eſt dû, permettez moi de rendre le mème a vôtre coeur, car le coeur ne vocut-il pas l'eſprit?

Tandit que j'eu le bonneur de vivre avec vous, j'eu tant de preuves eclatantes de vôtre amitie, tant d'occaſions d'admirer les ſentiments nobles dont vôtre coeur

eſt

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0038
DFG

eſt partie, que je ſerois trop inſenſible ſi je laiſſes e-chapper l'occaſion qui ſe preſenté aujour d' hui de vous en temoignes publiquement et ma reconnoiſſance et mon eſtime, c' eſt dans ces ſentiments d'amitie, que vous m'avez inſpiré. Monſieur, que je voux felicite ſur l'honneur dont vous ſerez aujourd'hui orné. Que les ſuites les plus heurens es accompagnent cette dignité, que vous meritéz ſi bien. Soyez l'appui des languiſſants, l'ange tutelaire des malades, et redoublez votre vie dans la leurs. Soyez heureux, Monſieur! c'eſt un des plus ardent ſouhait de celui, qui ſupplie de lui. Conſerver l'honneur de vôtre amitie, et qui ſera toute ſa vie.

Bützow,
le 22. de Janvier,
1766.

Votre tres humble et tres obeïſſans ſerviteur,
Meier,
Etudiant en Medicine de Sutrin.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0039
DFG

xius, praeparato, tali ...mine ejus naturali, in-
dolentiae aliquali, et ... magis aptus exiſtat.
Sicubi *cutis* infantis ...tenerior, et magis hu-
mida exſtiterit, pulue... m *myrti*, tanquam ad-
ſtringens, et magis ex... endum jubet. Pariter
a *Lambert.* BOSIO in ...*raecis* p. 230, et *Chriſt.*
BRÜNNINGIO in *A*... *ecis* p. 8. et ſq. abluitio-
nem infantum in luc... n aqua ſalita, vel vino,
quod Spartanis in mo... ſuit, apud veteres grae-
cos fuiſſe *familiarem*... egimus.

Non vna, procu... t ratio, cur Veteres ſa-
lis vſum externum m... infantis introduxerint.
Cutim namque horu... excluſionem ex vtero
variis conſpurcatam ...endimus inquinamen-
tis, quae tam ex pori... ſiue *transſudant*, quam
ab *humoribus foetur*... ambientibus *deponun-*
tur, et viſcoſitate et ...aepe adeo adglutinan-
tur, vt balneis ex ... ci paratis abſtergi non
adeo facile poſſint, ... poſtmodum cute, diu
nonnunquam adhaere... nnullis in locis, incon-
gruo vocabulo *Heyde*... minantur. *Quando ex*
phyſicis notum, Sale... *virtutem incidentem,*
attenuantem, et reſol... cile eſt intellectu, adhi-
bitione ejus externa, ...ſiue humida glutinoſam
hanc ſpurcitiem opti... i, eoque ipſo tranſpira-
tionem et ſudorem p... oſſe.

Probabile porro... peripheria cutis liquefa-
ctum, per vaſa ejus re... anſeundo, viſceribus *in-*
ternis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724970976/phys_0041
DFG